

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

---

§. 42. Cophti rursus Romanæ Ecclesiæ aggregati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

nem rejecerunt, hoc usi obtentu, quod Sæcul. XVI.  
ea absque eorum consensu conciliata A C 1595.  
fuisse: unde sicut antea in suo schis-  
mate perseverarunt.

## §. XLII.

*Cophti rursus Romanæ Ecclesiæ  
aggregati.*

Ineunte eodem anno Gabriel Ec- Thu. l. 114.  
clesiæ Alexandrinæ, seu Cophtorum, Leo Allatius  
qui Christiani Jacobitæ, seu Ægypti de perp.  
Monophysitæ appellantur, Patriarcha conf. lib. 3.  
ab Ambrosio Auria in Mauritania Epi- c. 8. Spond.  
scopo, & Hieronymo Vecchieto Sacer- num. 14.  
dote sollicitatus pariter ad Clementem  
VIII. Papam suos Oratores ablegabat,  
ut hi Ægyptiorum, & Æthiopum no-  
mine Ecclesiæ Romanæ Primum pro-  
fiterentur. Hi ergo Legati ad Pontifi-  
cis alloquium admissi, ejusque pedibus  
provoluti veræ fidei professionem emit-  
tebant, abjuratisque Græcorum erro-  
ribus circa processionem Spiritus sancti,  
agnitisque septem Sacramentis Conci-  
lium Nicænum I. Constantinopolita-  
num I. Ephesinum itidem primum, &  
Calcedonense, necnon Constantinopoli-  
tanum II. agnoscebant, rejecta Synodo  
secunda, seu potius Conciliabulo Ephe-  
sino, in quo post Flaviani Constantino-  
politani Episcopi mortem Dioscori Ale-  
xandrini Patriarchæ factio tanta pol-  
lebat

K k 3

lebat

**Sæcul. XVI.** lebat auctoritate, ut Eutichetis hæresis confirmaretur: insuper hi Legati A.C. 1595. tertio Concilio Constantinopolitano, necnon Nicæno II. ac Florentino, imo etiam Concilio Tridentino subscribebant, seque penitus Romani Episcopi, tanquam Universalis Ecclesiæ Capitis, Christi Domini Vicarii, Apostolorum Successoris *JURISDICTIONI*, (\*) ac censuris subjiciebant, professi, quod ejusdem auctoritas sese in Universum Orbem extendat.

§. XLIII.

*Altercatio inter Protestantes circa mediationem Christi Domini.*

**H**æc cum interea agerentur, Grisonum, & Vallis Telinæ Ministri celebrem refucitabant disputationem, quæ jam olim circa Mediationem Christi Domini agitabatur, ubi in dubium vocabatur, an Homo-Deus consideratus ut talis, apud divinum Patrem suum non fuerit mediator noster, nisi post suam incarnationem, anve verbum verbi ab omni æternitate genitum jam ab origine Mundi suam mediationem impenderit pro Angelis, & hominibus ob eorum creationem, conservationem, & salutem: insuper disputationi subiectebatur, utrum hic idem Deus factus homo,

(\*) Non solum primatui honoris.